

d *Vnum tamen scias.* ] Adde melius, quam alibi declarata materiam, vt per gl. in l. ex quacunque in verbo sciatur, ff. si quis in ius voc. non ier. vide Felin. & Doct. in cap. super lit. teris, coll. mibi 12. prima fallentia extra de rescript. Drogh.

15 *Vnum tamen scias.* ] Adde ad istam regulam videndum Felyn. in cap. super litteris num. 18. cum seq. de rescr. vbi ponit de iudice deleg. & de iudice ordinario, cum multis ampliatis. & limitatis. & an interesse sportularum sit habendum in consideratione.

Item adde, quod si Iudex ꝑ pronunciet se competentem, & appellatum fuisset, tali casu appellatio ligaret manus iudicis, vt no posset procedere ad vltiora causa principali, quod tamen intelligendum est, quando ad instantiam alicuius Baronis, vel alterius iudicis fuisset petita remissio causae, secus ad instantiam inquisiti, Curt. Iun. in consilio 124. factissimè, numero decimo tertio, & Rebuffus in tractatu de sentent. exequunt. articulo tertio, gloss. 2. in principio, & articulo nono, gloss. 6. volum. 1. & ratio talis distinctionis est, quia primo casu interlocutoria quo ad Baronem, alicuius iudicem habet vim definitiuam, secundo vero casu non, & ita in practica quotidie obseruatur, vt inquit Caraut. in ritu 259. in fine. *Balar.*

17 *e* *Idem super tali exceptione.* ] Adde, quod ita ꝑ tenet Archidiaconus in cap. suspecti, col. 3. quaestione quinta, vbi dicit ita sententia Curiam Romanam, quod de tali exceptione delegatus non cognoscit, & a quo fit cognoscendum de suspicionibus iudicem, habetur in locis supra citatis: & quando causa suspicionis esset euidenter iusta in iure, & in facto, tunc non

esset necesse eligere arbitros, vt tenet Abbas in capitulo cum speciali in fine de appellat. & de istis arbitris, qui eliguntur in causa recufationis, vide etiam Felynum, & alios in capitulo suspicionis, de delegat. Ego autem non vidi in practica, quod ꝑ in causis criminalibus suspicionum causa probentur coram arbitris, sed Principes auditis causis pro parte reorum expositis, si eis iustae videbuntur, remouent iudices, siue sint ordinarij, siue delegati, & alij iudicibus, causas committunt, vel iudici ordinario datur adiunctus in Requo tamen ꝑ Neapolitano arbitror, quod iudices non remouentur, nisi factis probationibus iuxta formam dicti ritus 265. & supra dictae pragmaticae.

20 Item adde, quod ꝑ excommunicatus publicè non potest esse iudex ordinarius, nec delegatus, & omnia per eum gesta, erunt nulla, & inualida, vt per Vant. de nullit. in titulo de nullit. ex defectu iuris ord. nu. 137. & in titulo de nullitat. ex defectu iuris d. num. 62. cum seq. vbi habetur etiam, quando quis dicatur publicè excommunicatus.

21 Item adde, quoniam sit ratio differentiae, ꝑ quod iudex recufatus non recognoscit de sua suspicionem, & tamen cognoscit an sit iudex competens, latè per Philipp. Franch. in cap. iecundo requiritis, num. 12. de appell.

22 Item adde, quod si Notarius actorum allegatus fuerit suspectus, non oportet allegare causam, sed sufficit solum iuramentum, Ancharanus consilio 263. subtiliter, & Alexand. in consilio 104. volum. 5. Sed in Regno Neapol. debent allegari causae, vt per Afflict. in consil. iustitiarum per Prouincias, nu. 6. & ibi addentes. *Balar.*

QVÆST. XLIV.

Quibus modis contra reos contumaces procedatur.

S Y M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Quibus modis contra absentes contumaces procedatur.
- 2 Absens de iure communi non potest diffinitiuè condemnari, sed sit annotatio bonorum.
- 3 Et quid de consuetudine.
- 4 Et an possit etiam ad mortem condemnari.
- 5 Et an si reus intra annum compareat, & satisflet de parendo iuri, recuperet statim bona annotata.
- 6 Et an eo casu teneatur ipse probare innocentiam suam.
- 7 Et an quando reus est contumax, debeat eius contumacia accusari.
- 8 Et an requiratur declaratio iudicis super ipsa contumacia.
- 9 Et an sit citandus reus ad allegandum.
- 10 Et an vltra contumaciam requiratur, etiam quod sit per probationes conuictus.
- 11 Et an contra huiusmodi fictam confessionem inductam a statuto admittatur probatio innocentiae.
- 12 Et an possit iudex pro reo absente aliquas probationes indicare.
- 13 Reus contumax an sit citandus ad sententiam.
- 14 Et an possit statim lapsa termino peremptorio condemnari.
- 15 Et quae sit forma sententiae, quae contra absentem, & contumacem profertur.

Ex Additionibus.

- 1 Princeps potest contra absentem in criminalibus ad sententiam diffinitiuam deuenire.
- 2 Absens in quibus casibus possit condemnari.
- 3 Litis contestatio an requiratur de iure canonico, quando proceditur per inquisitionem.
- 4 Absens potest condemnari, quando crimen est liquidatum inter praesentes.
- 5 Iacob. de Aren. ab impugnat. Iul. Clar. defenditur.
- 6 Penae vltra relegationem, quae sint remissive.
- 7 Bannum successit loco adnotationis bonorum.
- 8 Adnotatio bonorum seruatur in Regno Neapol. Et quomodo fiat, remiss.
- 9 Admissus ad nouas defensiones, & absolutiones recuperat bona alienata.
- 10 Et quid in statu Ecclesiastico.
- 11 Bona contumacium quomodo vendantur in dicto statu.
- 12 Adnotatio bonorum propter contumaciam differt ab ea, quae fit ob delictum.
- 13 Reus, qui de consignando fideiussorem dedit, si ad secundam citationem non compareat, banniri non potest.
- 14 Admissus ad nouas defensiones intelligitur solum admissus ad ostendendam suam innocentiam.
- 15 Citatio sub pena confessi, & conuicti valet, & seruatur in tribunali D. Auditoris Cam.
- 16 Banniti in statu Ecclesiastico, non audiuntur, nisi ex liquidissimis probationibus innocentiam probent.
- 17 Quid in statu Mediolani.
- 18 Quid si Princeps referat quid eis fiat iustitia, condemnatione obstante.
- 19 Reus admissus ad faciendam defensiones, condemnatione non obstante, an possit opponere nullitatem.

Vulpell.

- 19 Vulpell. in con. 105. impugnat.
- 20 Reus in criminalibus non potest defensionibus renunciare.
- 21 Substantialia iudicij non possunt per partes remitti.
- 22 Bannito admisso ad nouas defensiones, accusator et. am potest probare suam intentionem.
- 23 Minore restituto aduersus rem iudicatam, censetur etiam restitutus aduersarius.
- 24 Fiscus an restituatur in criminalibus.
- 25 Bannito admisso ad nouas defensiones, an fiscus possit nouiter suam intentionem probare.
- 26 Sfort. Odd. consilium in praedicta quaestione.
- 27 Dilatio concessa reo fit communis actori.
- 28 Contumacia rei est in causa, quod sifcus plenius non probet suam intentionem.
- 29 Restitutio alicui concessa prodest etiam aduersario respectu eorum, quae de nouo restitutus deducit.
- 30 Restitutio non habet locum in penalibus.
- 31 Fiscus in obtinenda restitutione utitur iure minoris.
- 32 Minor non restituatur in penalibus ad necem alterius.
- 33 Item quando tractatur magis de lucro odioso, & damno alterius, quam de proprio incommodo.
- 34 Negligentia rei facit, vt restitutio sibi concessa actori proficiat.
- 35 L. 1. C. de transact. declaratur.
- 36 L. petenda, C. de temp. in int. rest. intellectus.
- 37 Nelk. de baam. 2. par. 2. temp. q. 34. locus explicatus.
- 38 Bal. m. l. per hanc, nu. 17. C. de temp. app. enucleatur.
- 39 Iudex non debet esse effectuator seueritatis, neque clementia.
- 40 Statutum, quod contumax habeatur pro conuicto, & confesso, pluribus modis limitatur, remissive.
- 41 Confessio vera, & ficta differunt, remiss.
- 42 Confessus fictè potest condemnari, licet iudici constet, quod poterat aliqua exceptione se tueri.
- 43 Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, plura operatur, remiss.
- 44 Debet tamen prius constare de corpore delicti. Requisita antequam contumax condemnetur, remiss.
- 45 Terminus per statutum praefixus sub pena confessi, non potest per iudicem alterari.
- 46 Absentia potest allegari, etiam quod quis sit positus in banno.
- 47 Statutum supra scriptum afficit minores.
- 48 Flam. Chartar. impugnat.
- 49 Statutum praedictum non comprehendit pupillum.
- 50 Minor bannitus an restituatur.
- 51 Bannitus captus in statu Ecclesiastico non potest per iudicem ad defensionem admitti.
- 52 Statutum praedictum an operetur quo ad qualitates aggravantes.
- 53 Anchar. in consil. 408. declaratur.
- 54 Doctores debent intelligi secundum leges, quas allegant.
- 55 Contumax habeatur pro confitente factum, non qualitatem facti. Et, cuius essentia ab illo facto, vel confessione non pendet.
- 56 Decian. consil. 96. nu. 10. lib. 3. declaratur.

- 57 Gabr. consil. 150. num. 26. lib. 1. explicatur.
- 58 Gram. consil. 1. nu. 56. declaratur.
- 59 Assassinij qualitas debet concludenter probari, quando laicus contra clericum vult procedere.
- 60 Qualitas seperata a delicto si est notoria, licet non sit probata in processu potest iudex procedere ad condemnationem quasi super notorio.
- 61 Iudex in notorijs potest supplere etiam de facto.
- 62 Sententia lata tanquam super notorio, licet iudici non constaret factum notorium, ex quo tamen ita est, irreuocabiliter tenet.
- 63 Maleficia puniri fauor publica disciplina suadet.
- 64 Contumacia an sit accusanda.
- 65 Contumax habitus pro confesso vigore statuti existentis in loco delicti, an vigore illius statuti possit alibi puniri, remissive.
- 66 Statutum loquens de uero malefactore, an habeat locum in habito pro confesso.
- 67 Foller. lapsus.
- 68 Relatio nuntij debet procedere contumaciam, alias sententia est nulla.
- 69 Item etiam commissio iudicis debet praecedere citationem, nuntio referenti se citasse de commissione, & an ei credatur.
- 70 Stante statuto, quod contumax ponatur in banno, non requiritur alia iudicis interlocutoria, quae faciat eum contumacem.
- 71 Declaratio super contumacia non requiritur in statu ecclesiastico.
- 72 Contumax habitus pro confesso, & conuicto, licet minor, no est amplius audiendus.
- 73 Bannitus comparens ante sententiam, licet post terminum banni, audiri debet; nec tenetur probare errorem suae confessionis.
- 74 Iul. Clar. ab impugnatione Flam. Chart. defenditur.
- 75 Stante praedicto statuto, an Bannitus audiretur, processus sit nullus.
- 76 Et si bannitus appellauerit, an sibi incumbat onus probandi suam innocentiam.
- 77 Statutum praedictum an procedit, quo ad penam applicandam parti.
- 78 Et quid si extra processum constet de innocentia.
- 79 Citatio minus legitima in causis delicti statuti non vitiat sententiam.
- 80 Citatio minus legitima non vitiat alium, in quo non requirebatur.
- 81 Stante statuto, quod quis citatus, vt compareat per se, vel per alium, si fiat citatio simpliciter, vt ipse compareat, citatio valebit.
- 82 Citatus comparens antequam ad penam contumaciae sit condemnatus no debet vltius condemnari, licet comparerit post terminum.
- 83 Inquisitio contra contumacem debet continere crimen punibile.

ADDITIONES, Ad Quæst. XLIV.

QVÆST. XLIV.

Videamus nunc. ] Quod autem absens non possit legitime condemnari, est elegans oratio Lucij Pisonis pro Antonio in senatu habita, teste Appiano Alexandri no. an. ciuil. bell. libro tertio, ad quam te remitto, esset enim nimis longum recensere; est tamen digna legi; Contrarium tamen in eodem Senatu seruatum fuisse contra absen-

ISVM est de exceptionibus, quae contra personam Iudicis, eiusque iurisdictionem proponi possunt (nam ad eas proponendas plerumque etiã absentes, seu contumaces solent per procuratorem admitti) de reliquis autem, quae merita causae concernent,

infra in eorum defensionibus dictum est. Videamus nunc, quomodo contra contumaces procedatur. Et in primis sciendum est, quod de iure communi non potest contra absentem deueniri ad sententiam diffinitiuam, siue condemnationem occasione delicti, de quo ipse reus absens imputatur, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Anton. Gomes. super 71. Tauri, num. 1. Certum est enim, quod de iure

res, constat ex Plutarcho in vita Bruti, per haec verba; Quia in re cum illorum causa, respondente nullo, deserta foret, coacti Iudices sunt profertre sententias. Casus autem, in quibus etiam absens damnari potest de iure communi, ponit Bartolus in l. penult. §. Ad crimen, ff. de publ. iudic. supra in §. laesa maieftatis, versiculo fin. Drogh. Et in primis sciendum est. ] Chartar. de execut. sen-

sentent. cap. 1. in princ. Farin. tit. de inquisit. q. 1. num. 1. & 2. vol. 1. Ros.

1 Et in primis sciendum est. ] Adde, quod hoc fallit in Papa & Imperatore. Angel. in l. reos. C. de accus. & Felyn. in cap. cū olim, num. 14. de re iud.

2 Item adde, quod ista conc. usio fallit etiā in alijs casibus potest detentari ad condemnationem, etiā capitalē contra absentem. Primus est faciens aliquē spadonem. l. Cornel. §. constitutum. ff. ad l. Cornel. de fidei. secundus reperitus in venalia perfidia apparitor l. ne diu. C. de pen. tertius in crimine laesae maiestatis. quos refert Marfil. in d. l. Cornel. §. constitutum, numero 7. & Capoll. consil. 40. numero 8. & Villalob. commun. opin. versic. absens in princ. & fallit etiā in crimine heresis, iuxta capit. cum contumacia de heret. in 6. & Boss. in titu. an in criminali iud. numero sexto, & in tit. de requ. reis numero primo, versic. fallit, & vide omnino Marian Socin. in cap. qualiter & quando numero 297. cum sequent. de accusat. vbi magis diffusē, quam alibi hac materia tractatur, quando non possit deueniri ad condemnationem contra absentem, tū de iure ciuili, quā de iure canonico, & de consuetudine, seu ex forma statutorū, & ibi habetur, quod de iure canonico absens, condemnari potest, & difputatur, an requiratur litis contestatio de iure canonico, quādo iudex procedit per inquisitionem: & hanc quaestionem an requiratur litis contestatio, latius tractauit in dicto capitulo qualiter, & quando numero 960. Et quia hic Dominus Clarus impugnans Jacobum de Aren. tenet, quod nec etiam quando crimen est liquidatum inter praesentes, potest eo casu ferri sententia contra absentem, quod allegat Baldus in lege quamuis, la prima, numero primo. Cod. de Adulter. testantem de communi, & Bossius in titulo de requ. reis, numero primo in fine, quos refert, & sequitur Domin. Flam. Chartar. in suo tractatu de execut. sentent. excommun. capit. primo, numero secundo, cum pluribus sequentibus: Ego tamen quod advertendum puto, opinionem laeobi de Aren. cuius mei esse verissimam, ita distinguendo, si post litem contestatam, adhuc non liquidato negotio reus se absentauerit, & tunc contra eum absentem sententiam ferri non possit in casu a relegatione supra iuxta commun. vt per Bartolum in lege absentem, ff. de pen. Bossium in loco per Clarum citato, & etiam Socin. in dicto capitulo qualiter, & quando, numero 928. vbi nullam facit mentionem de liquidatione delicti, sed tantummodo attestatur communem opinionem esse contra tenentes, quod lite contestata possit condemnari absens, etiā in panis supra relegationem: si verò reus non se absentauerit, statim lite contestata, sed post liquidatum delictum, tunc

crederem in eum absentem sententiam ferri posse, etiā vltra relegationem; ratio enim in lege absentem, est, ne quis ex presumptionibus damnetur, vt per Bossium titulo de requ. reis numero primo in principio, ac etiam, quia requiritur magna causa cognitio, vbi agit de magno prauidicio, quae esse non potest, nisi inter praesentes: vt per Baldum in lege absentem, Cod. de accusat. numero octauo, qua ratione, liquidato crimine cessare videntur, quia sententia non fertur ex praesumptionibus, sed ex veris probationibus, & causa cognita, & vbi reus est de ipso crimine legitime conuictus, non est vltierius querendum, sed illum iudex condemnare debet, vt dicit Bossius in titulo de coiecturis, numero tertio, & Clarus in quaestione l. xage sima leptima, in principio. Et ideo inoleuit praeterea, & stylis in Regno Franciae, quod non feruatur l. absentem, si de delicto per informationes constat, sed contra absentes tam minores, quam maiores, quatuor prius obtentis contumacis diffinitio proceditur, etiam lite non contestata, ita affirmat Boet. de decisione l. xage sima leptima, numero octauo, & sequenti.

Nec dicatur, quod absens frustra damnaretur, cum non posset fieri executio, vt dicit Baldus in dicta lege quamuis, sub numero primo, quia si haec ratio vigeret, sequeretur quod in crimine laesae maiestatis, & in alijs casibus supra deductis sententia in absentem ferri non posset, & tamen de iure ferri potest, quod procederet etiam secundum statuta, ex quibus fiunt condemnationes capitales in absentes, & tamen exequi non possunt, nisi quando condemnationi peruenerunt in fortis Curia. Et licet haec quaestio videatur de lana caprina, stantibus statutis, & consuetudine in contrarium, tamen quia hic Dominus Clarus loquitur de iure communi, haec pauca dixisse volui. *Baldus.*

c Valentinarij. ] Farinacius quaestione septuagesima quinta, parte quarta, numero 113. & 114. vbi ampliat, & limitat. Ros.

d Ad perpetuam rei memoriam. ] Ad statutum Placentinū lib. 2. stat. 53. Drogh.

e Sed vbi venit. ) Flamin. Chartar. supra numero quinto. Ros.

f Sed vbi venit tantummodo. ) Adde quod quoniam sunt paucē vltra relegationem, vt per Follerium in practica criminali. in verbo pen. debitis seruatis, numero quadagesimo sexto. *Baldus.*

g In illis igitur casibus. ) Quomodo procedatur contra absentes de iure communi, Farinac. supra numero tertio, & Chartar. supra dicto capitulo primo, numero septimo, & octauo. Ros.

g Secundum dispositionem iuris communis. ] Quid de iure communi seruandum sit in constitutis, seu examinibus, infra quaestione quadagesima quinta, versiculo, Scias autem. Item de iure communi Reus quantumcunque contumax, non habetur pro confesso, sed alijs remedijs cogitur ad respondendum inquisitioni, seu accusationi; Baldus in capitulo final. sub numero decimo quarto, ad finem, de officio delegat. concordat cum oratione Lucij Pisonis, de qua supra; Vide Bartolum in l. penultim. numero septimo, ff. de quaestione. Drogh.

h Sed hodie. ] Farinacius supra numero 30. in fine, & numero quarto. Ros.

i Pertotam Italiam. ] Chartar. dicto capit. primo, numero 427. & 429. Ros.

k Dicit etiam Baldus. ] Adde, quod quod idem tenet Natta consilio 540. numero 19. & in consilio quingentesimo quadagesimo secundo, num. quinto, quod loco adnotationis bonorum hodie subintravit bannum.

Item adde, quod in Regno Neapolitano hodie seruatur adnotatio bonorum per Constitutionem Grandis utilitatis, qua statutum est, quod omnia bona mobilia, & immobilia contumacis debeant adnotari, & describi, & quod bonorum mobiliū tertiam partem in sui commodum fisco conuertat, & item libenter acquirat statim, propter contumaciam inquisiti; & solet Curia facere compositionem de dicta tertia parte: alia verò bona sic adnotata conferuabuntur, vt si contumax intra annum comparuerit, & suam contumaciam purgauerit, recuperetur dicta bona, & si intra annum non comparuerit, & fornicatus fuerit, bona fisco vendicantur, nisi habuerit contumax filios, quia si vnicum filium habuerit, bona aequaliter inter ipsum, & fiscum diuiduntur, & si duos habuerit filios; si

si se defenderit, absoluitur, sed bona illi non restituantur, sed remanent fisco in panem suae contumaciae. Et haec omnia procedunt secundum dispositionem iuris communis vt habetur in l. 1. ff. de requ. reis.

l Sed hodie (vt inquit) Gand. de malefic. in rubr. quid sit agendum reo absente, numero tertio, de consuetudine generali non seruatur contra contumaces illud, quod dictum est de annotatione bonorum, neque quod accusatus expectetur per annum, imò cum fuerit citatus solemniter, ponitur in banno communis, & potestatis, & postea super illa accusatione, & banno condemnatur, & ita secundum eū obseruatur per totam Italiam, quem refert Practic. Conrad. fol. 441. post numerum octauum. Pariter etiam Iacob. de Belusf. in titu. de pace tendenda, in principio, versicul. Et nota hic, dicit, quod hodie non fit annotatio nisi bonorum mobiliū, & ita illum refert Bald. ibi, post numerum decimum quartum, & Augustin. ad Angel. de malefic. in verbo, qui dominus Index videns, numero octauo, & Capyc. decisio. 131. numero quarto, licet attestetur reperitum fuisse, quod in Regno Siciliae etiam feuda, & castra apprehendi solent, & administrari per commissarios regios. Dicit etiam Baldus in d. l. absentem, numero secundo, C. de accusat. quod Doctores dicunt, quod ista annotatio hodie non est in vsu, sed eius loco hodie successit bannum, quod fit reis absentibus, idem dicit Blanc. in practic. criminal. folio nono, numero octauo. In hoc autem Ducatu statim post asstante iudicia, seu informationes contra reum, quae sufficiant ad capturam, si crimen est tale, pro quo ingeratur confiscatio bonorum, statim transmittitur notarius, qui describat omnia bona, tam mobilia, quam immobilia ipsius delinquentis, iuxta formam tradi-

tam in leg. si quis intra prouinciam, C. de bon. proscript. & illa sic descripta con-signat Consulibus, & Syndicis locorum, in quibus bona sita sunt, & mobilia reponit etiam penes ipsos, vel aliquem alium idoneum depositarium. Et generaliter etiam ita seruari attestatur Carauita super 21. ritu Magnae Curiae, circa finem. Ita etiam dicit quoti die fieri, & practitari Antonius Gomes. capitulo nono delictorum, numero secundo. Et si periculum est, ne bona propter moram fiant deteriora, vel pereant, solent vendi, & pretium eorum deponi. Et ita quidem de consuetudine obseruari attestatur Practica Millei, folio quadagesimo quinto, numero vigesimo primo. Hanc etiam bonorum annotationem fieri per commissionem criminalem executoris, simul atque assumptae sunt informationes contra aliquem inuito, receptoque stylo, & vsu, & consuetudine attestatur Practica Iod. folio quadagesimo primo, numero 7.

Facta autem huiusmodi descriptione, & consignatione, proceditur contra reum, & si est contumax, seruatis seruandis, bannitur, & condemnatur diffinitiuē. Et si deinde post condemnationem infra annum compareat, solet plerumque per Senatum admitti ad se de nouo defendendum. Et si se defenderit, absoluitur ab ipsa condemnatione, & recuperat bona, non obstante praedicta annotatione, seu descriptione, vel etiam quacumque alia apprehensione facta per fiscum, & etiam quibuscumque sententijs superinde secutis. Si verò comparet post annum, non recuperat bona, sed tantum si se defenderit, absoluitur à condemnatione corporali, & bona remanent fisco in panem eius contumaciae. Et haec Practica, si bene consideretur, est in multis valde conformis dispositioni ius-

ficus habebit tertiam partem bonorum contumacis stabilitum, & sic si plures habuerit; alia verò bona mobilia contumacis elapso anno erunt fisci, siue contumax habuerit filios, siue non, & in hac materia adnotationis, quae fit in Regno Neapolitano, vede Foller. in practica criminali, in verbo, adnotatio bonorum, Baldus.

m In hoc autem Ducatu. ] Chartar. supra numero secundo, & sequ. Ros.

n Iuxta formam, traditam in leg. si quis intra prouinciam. ] Adde videndum Bartolum in l. facultas, Cod. de iure fisci, libro 10. vbi plene. *Baldus.*

o Consignat Consulibus. ] Attende practicam consignandi Consulibus; Adde Chartar. de executione sentent. numero vigesimo primo, & vide in Constitutionibus Mediolani Rubric. de officio Quaest. extraordinar. versiculo, Eaque omnia, libro primo. *Droghus.*

p Facta autem huiusmodi descriptione. ] Adde, quod quod admittis ad nouas defensiones, & absolutus quancumque recuperat bona, etiam per fiscum alienata, quia est restitutio per viam iustitiae, Iason in leg. Gallus, §. & quid sitantum, numero septuagesimo tertio, ff. de liber. & posthumis: & ibi Crot. numero ceterimo decimo octauo; Bossius in titulo de remed. ex sol. clement. princip. numero tertio, & sequent. Alciat. consilio centesimo sexagesimo nono, numero decimo quinto, & Menoch. de recuperat. possession. remedio decimo, numero centesimo decimotertio, vbi plene. Sed in Statu Ecclesiastico contrarium seruatur, scilicet, quod alienata per fiscum non restituitur, etiam quod banniti virtute motus proprii Pij Quarti, & Pij Quinti infra annum audiri possunt, facta enim condemnatione, & confiscatione bonorum, & capta possessione no-